MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80170-3

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR: SEIBEL, FRANZ

TITLE: QUIBUS ARTIFICIIS POETAE LATINI ....

PLACE: FRISINGAE

DATE: 1909

Master Negative #
91-80170-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

870.119
Z8
v.2

Seibel, Franz 1876-
Quibus artificiis poetae Latini numerorum vocabula difficilia evitaverint; dissertatio... quam ... scripsit Franciscus Seibel... Frisingae, Typis Datterer, 1909.
42 p. 23½ cm.

Thesis. Munich.
Vol. of theses.

32077

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8-9-91 INITIALS M.B.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


AIIM
Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202
Centimeter
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm
1 2 3 4 5
Inches
MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

no. 3

26 III 12

Quibus artificiis poetae Latini numerorum vocabula difficilia evitaverint.

Dissertatio inauguralis

quam ad summos in philosophia honores ab amplissimo philosophorum Monacensium ordine rite capessendos

scripsit

Franciscus Seibel,

Frisingensis.

Frisingae

Typis Dr. F. P. Datterer & Cie., G. m. b. H.

MDCCCCIX.

Genehmigt auf Antrag der Herren Professoren
Dr. Vollmer und Dr. Crusius.

Iosepho Hofmiller.

Index locorum.

A. Dactylici.

Cardinalia.

Ennius (Vahlen²)
ann. 93: *cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta*
323: *florebant flammis lychnorum lumina bis sex*

Cicero
Aratea 226: *nam quae per bis sex signorum labier orbem*
319: *nam gerit hic volvens bis sex ardentia signa*

Vergilius (Ribbeck²)
buc. I, 42/43: . . . . . *quotannis bis senos cui nostra dies altaria fumant*
Aen. I, 393: *aspice bis senos laetantis agmine cycnos*
V, 561: . . . . . *pueri bis seni quemque secuti*
IX, 272/273: *praeterea bis sex genitor lectissima matrum corpora capitivosque dabit* . . . .
XI, 9/10: . . . *et bis sex thoraca petitum perfossumque locis*
XI, 133: *bis senos pepigere dies*
XII, 163: *aurati bis sex radii fulgentia cingunt*
XII, 899: *vix illud lecti bis sex cervice subirent*

Propertius (L. Mueller)
IV, 5, 40: *iurabo et bis sex integer esse dies*
III, 13, 7: *nec tantum Niobae bis sex ad busta superbae*

Laus Pisonis
20: *annua bis senis revocabit mensibus astra*
70: *cum tua bissenos numeraret purpura fasces*

Aetna
232: *haec brevior cursu bis senos pervolat orbes*
487: *illae paulatim bis sena in milia pergunt*

Ovidius (Merkel²)
heroid. III, 34: *bis sex adsueti vincere semper equi*
med. fac. fem. 63: *adice narcissi bis sex sine cortice bulbos*

Ovidius
met. IV, 220: *bis sex Leucothoen famulas ad lumina cernit*
VI, 72: *bis sex caelestes medio Jove sedibus altis*
. . . . . *sedent*
VI, 571: *signa deus bis sex acto lustraverat anno*
VIII, 242/243: . . . . *natalibus actis*
bis puerum senis . . . .
XII, 553/554: *bis sex Nelidae fuimus, conspecta iuventus*
bis sex Herculeis ceciderunt, me minus uno
Viribus . . . . . .
XV, 39: *o cui ius caeli bis sex fecere labores*
trist. IV, 10, 10: *qui tribus ante quater mensibus ortus erat*
Ib. 391: *sex bis ut Icaridos famulae periere procique*
ex Pont. IV, 9, 4: *bis senos fasces quae tibi prima dabit*
fast. IV, 817: *sex Remus, hic volucres bis sex videt ordine*

Germanicus Caesar (Breysig²)
Aratea 531: *haec via solis erit bis senis lucida signis*[1])

Ovidius
Ib. 376: *corpora cum senis altera sena* . . . .
trist. II, 549: *sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos*
fast. VI, 725: *iam sex et totidem luces de mense supersunt*

Vergilius
14 Aen. I, 71: *sunt mihi bis septem praestanti corpore nymphae*
IX, 161: *bis septem Rutuli* . . . . .

Ovidius
met. XI, 302: . . . . *bis septem mobilis annis*
fast. V, 414: *bis septem stellis corpore cinctus eras*

Vergilius
Aen. VIII, 518: *Arcadas huic equites bis centum, robora pubis*
200 *lecta dabo* . . . . .

Ovidius
met. V, 208/209: . . . *bis centum restabant corpora pugnae,*
Gorgone bis centum riguerunt corpora visa
XII, 187/188: . . . . . *vixi*
annos bis centum, nunc tertia vivitur aetas

Vergilius
300 Georg. I, 15: *ter centum nivei tondent dummeta iuvenci*

[1]) cf. Arati Phaenomena, ed. Maass 1893, 550/551:
ἐν τοῖς ἠέλιος φέρεται δυοκαίδεκα πᾶσι
πάντ' ἐνιαυτὸν ἄγων . . . . .

Vergilius
Aen. I, 272: *hic iam ter centum totos regnabitur annos*
IV, 510: *ter centum tonat ore deos*
VII, 275: *stabant ter centum nitidi in praesepibus altis*
VIII, 715/716: . . . . . *sacrabat*
maxuma ter centum totam delubra per urbem
IX, 370: *ter centum scutati omnes* . . . . .
X, 182: *ter centum adiciunt* . . . . .

Horatius, (Vollmer)
serm. II, 3, 115/117: *si positis intus* . . . . . .
mille cadis, nihil est, ter centum milibus, acre
potet acetum

Tibullus (L. Mueller)
I, 4, 69: *et tercentenas erroribus expleat urbes*

Ovidius
met. XIV, 146: *ter centum messes, ter centum musta videre*
fast. II, 195/196: *haec fuit illa dies, in qua Veientibus armis* 306
[ter centum Fabii ter cecidere duo]
III, 163: *is decies senos tercentum et quinque diebus* 365
iunxit

Lucilius (Marx) 18
XV, 490/491: . . . . . *dum miles Hibera*
terrast ac meret ⟨hic⟩ ter sex aetati quasi annos

Ovidius
met. XIV, 253: *bisque novem socios Circaea ad moenia misit*
fast. III, 59: *Martia ter senos proles adoleverat annos*

Tibullus
III, 5, 28: *languent ter quinos sed mea membra dies* 15

Ovidius
met. II, 497: *Arcas adest, ter quinque fere natalibus auctus*
III, 351: *namque ter ad quinos unum Cephisius annum*
addiderat . . . . .
VIII, 748/749: . . . *mensuraque roboris ulnas*
quinque ter implebat . . . .
trist. I, 1, 117 / III, 14, 19: *sunt quoque mutatae, ter quinque volumina, formae*
fast. III, 458: *et nitidus stellis quinque decemque micat.*

Moretum 17/18: . . . . . *mensura patebat,* 16
quae bis in octonas excurrit pondere libras

Ovidius
met. V, 50: . . . *bis adhuc octonis integer annis*
Lucilius
III, 107: . . . . . *bis quina octogena videbis commoda te, Capua quinquaginta atque CC.*
Vergilius
Aen I, 381: *bis denis Phrygium conscendi navibus aequor*
XI, 326: *bis denas Italo texamus robore navis*
Propertius
II, 9, 3: *Penelope poterat bis denos salva per annos vivere* . . . . . .
3×9 Ciris 371/372: *terque novena ligans triplici diversa colore fila* . . . . . .
Vergilius
Aen. VIII, 47: *ex quo ter denis urbem redeuntibus annis*
X, 213: *tot lecti proceres ter denis navibus ibant*
Ovidius
fast. IV, 635: *pars cadit arce Jovis, ter denas curia vaccas accipit* . . . . . .
met. VII, 293: *ante quater denos hunc re reminiscitur annos*
ex Ponto. III, 2, 50: *perque quater denos itur in illa gradus*
fast. VI, 257: *dena quater memorant habuisse Parilia Romam*
Grattius
cyneg. 31: *et bis vicenos spatium praetendere passus rete velim*
Horatius
epist. I, 20, 27: *me quater undenos sciat implevisse decembris*
Ovidius
fast. V, 623: *corpora post decies senos qui credidit annos missa neci* . . . . . .
trist. IV, 10, 4: *Sulmo* . . . . . .
milia qui novies distat ab urbe decem
II, 94: *lisque decem deciens inspicienda viris*
Vergilius
Aen. II, 126: *bis quinos silet ille dies* . . . . .
Moretum 1: *iam nox hibernas bis quinque peregerat horas*
Horatius
epist. II, 1, 24: *quas bis quinque viri sanxerunt* . . .

Domitius Marsus
III, 6:[1]) — ⏑ ⏑ — *adipis pondo bis quinque vetustae*
Ovidius
heroid. III, 33: *addita sunt illis auri bis quinque talenta*
met. VIII, 500: *et quos sustinui bis mensum quinque labores*
VIII, 580: *Naides hae fuerant, quae cum bis quinque iuvencos mactassent* . . . . . .
XI, 96: *per bis quinque dies et iunctas ordine noctes*
Ib. 1: *tempus ad hoc, lustris bis iam mihi quinque peractis*
fast. I, 28: . . . . . *in anno constituit menses quinque bis esse suo*
I, 564: *vix iuga movissent quinque bis illud opus*
II, 54: *tempora bis quini continuasse viri*
IV, 384: *inter bis quinos usus honore Viros*
Lucretius (Lachmann)
V, 1300: *et biiugos prius est quam bis coniungere binos* 4
Ovidius
met. XIII, 642: *bisque duas natas, quantum reminiscor, habebas?*
fast. IV, 614: *bis tribus ut caelo mensibus illa foret* 6
Germanicus Caesar
Aratea 570: *nullaque nox bis terna minus caelo trahit astra*
Ovidius
met. XII, 15: *nidus erat volucrum bis quattuor arbore summa* 8
Lucretius
IV, 408: *vix absunt nobis missus bis mille sagittae* 2000

Distributiva.

Vergilius
georg. I, 232: *per duodena regit mundi sol aureus astra* 12
Ovidius
met. XIII, 617/619: . . . . . *ab illo Memnonides dictae, cum sol duodena peregit signa*
Propertius
III, 8, 23: *non quia septenas noctes seiuncta cubaris* 7
IV, 22, 16: *et qua septenas temperat unda vias*

[1]) in fragment. poet. Roman. ed. Baehrens, p. 347.

Vergilius

Aen. V, 85: *septem ingens gyros, septena volumina traxit*
VIII, 448: . . . . . *septenosque orbibus orbes impediunt* . . . . . .
X, 328/330: . . . . . *Phorci progenies, septem numero: septenaque tela coniciunt*

Ovidius

amor. III, 6, 39: *ille fluens dives septena per ostia Nilus*
met. II, 682: *alterius dispar septenis fistula cannis*
fast. V, 105/106: . . . . . *septena putaris Pleiadum numerum, fila dedisse lyrae*
9 met. XII, 97: . . . . . *rupit terga novena boum* . . . .

Lucretius

2 I, 533: *quicquam nec frangi nec findi in bina secando*
IV, 291: *aeribus binis quoniam res confit utraque*
V, 878/879: . . . . . *nec tempore in ullo esse queunt duplici natura et corpore bino*

Propertius

II, 1, 22: . . . . *non ego . . . canerem Xerxis et imperio bina coisse vada*
V, 8, 79/80: *Lygdamus* . . . . . *veneat et pedibus vincula bina trahat*

Vergilius

buc. III, 30: *bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus*
georg. I, 172: *binae aures, duplici aptantur dentalia dorso*
Aen. I, 313: *bina manu lato crispans hastilia ferro*
XII, 165: *bina manu lato crispans hastilia ferro*
V, 96: . . . *caedit binas de more bidentis*
V, 306: *Cnosia bina dabo levato lucida ferro spicula* . . . . . .
VIII, 168: *frenaque bina* . . . . . .
IX, 263/264: *bina dabo argento perfecta atque aspera signis pocula* . . . . . .

Ovidius

heroid. IV, 66: *ponite de nostra bina tropaea domo*
IV, 105: *aequora bina suis obpugnant fluctibus Isthmon*
VI, 122: *pignora Lucina bina favente dedi*
VIII, 30: *instant officio nomina bina tuo*
XVI, 241/242: . . . . . *habetque parta per arbitrium bina tropaea tuum*

Ovidius

heroid. XX, 214: *ingenii videas bina tropaea tui*
ars II, 72: *hinc data sunt miserae corpora bina fugae*
rem. am. 158: *et refer ad patrios bina tropaea deos*
441: *hortor et ut pariter binas habeatis amicas*
449: *qui sibi iam pridem solacia bina paravit*
met. VII, 240: . . . . *statuitque aras e caespite binas*
XII, 432: *codice qui misso, quem vix iuga bina moverent*
XIV, 344: . . . . *laevaque hastilia bina ferebat*
trist. III, 8, 34: . . . *binaque damna fero*
fast. I 96: *bina repens oculis obtulit ora meis*
I, 144: *cernere non moto corpore bina licet*
II, 418: *et fingit lingua corpora bina sua*
II, 644: *binaque serta sibi binaque liba ferunt*
V, 143: *bina gemellorum quaerebam signa deorum*
VI, 94: *binaque cum populis regna coisse suis*
VI, 495: *est spatio contracta brevi, freta bina repellit*

Tibullus (Paneg. Mess.)

IV, 1, 50/51: *vixerit ille senex quamvis, dum terna per orbem saecula . . . decurreret* 3
IV, 1, 112: *Terna minus Pyliae miretur saecula fama*

Propertius

V, 10, 26: . . . . . *ultima praeda Nomentum et captae iugera terna Corae*

Vergilius

Aen. V, 120: *impellunt, [terno consurgunt ordine remi]*

Horatius

sermon. II, 4, 76: *immane est vitium dare milia terna macello*[1])

Ovidius

heroid. IX, 38: *iactor et haesuros terna per ora canes*
ars. III, 394: *visite conspicuis terna theatra locis*
met. VII, 190: . . . *ternisque ululatibus ora solvit* . . . . . .
VII, 414: *implevit pariter ternis latratibus auras*
X, 22: *terna Medusaei vincirem guttura monstri*
trist. II, 481: *parva sit ut ternis instructa tabella lapillis*
III, 12, 24: *proque tribus resonant terna theatra foris*
fast. I, 142: *servet ut in ternas compita secta vias*
IV, 480: *terrae cornua trina suae*
V, 146: . . . . . *et vici numina trina colunt*
VI, 216: *nomina terna fero* . . . . .

[1]) Alio loco, serm. I, 5, 25: *milia tria.*

Germanicus Caesar

Aratea 27: *tres temone rotisque micant sublime quaternae*

Ovidius

met. XIII, 753: . . . . . *octonis iterum natalibus actis*

fast. III, 127: *inde patres centum denos secrevit in orbes*

Vergilius

Aen. VII, 538/539: *quinque greges illi balantum, quina redibant armenta* . . . . . .

Grattius

cyneg. 147: *in quinos sublata pedes hastilia plena caede* . . . . . .

Ovidius

met. XII, 429/430: . . . . . *qui sena leonum vinxerat inter se conexis vellera nodis*

Grattius

cyneg. 29: *per senos circum usque sinus laqueabis*

Vergilius

Aen. X, 207/208: *it gravis Aulestes centenaque arbore fluctum verberat* . . . . . .

X, 565/566: *Aegaeon qualis, quoi centum bracchia dicunt centenasque manus* . . . . .

Propertius

V, 6, 47: *nec te, quod classis centenis remiget alis, terreat* . . . . . .

Ordinalia

Vergilius

georg. I, 284: *septuma post decumam felix et ponere vitem*

Ovidius

Ib. 293: *aut velut Etracides magno ter ab Hercule quintus*

ex Pont. IV, 5, 7: *luce minus decima dominam venietis in Urbem*

IV, 10, 1: *haec mihi Cimmerio bis tertia ducitur aestas*

fast III, 93/94: *quintum Laurentes, bis quintum Aequiculus acer a tribus hunc primum turba Forensis habet*

III, 124: *seu quia bis quinto femina mense parit*

V, 379: *nocte minus quarta promet sua sidera Chiron*

VI, 768: *quartus ab extremo mense bis ille dies*

B. Poetae non dactylici.

Plautus (Leo)

Pseudol. 344/346: *Cal. Meam tu amicam vendidisti? Bal. Valde, viginti minis*
Cal. Viginti minis? Bal. Utrum vis, vel quater quinis minis, militi Macedonio, et iam quindecim habeo minas

Bacch. 1050: *binos ducentos Philippos iam intus ecferam*

Pseudol. 704: *quaero, quoi ter trina triplicia, tribus modis tria gaudia artibus tribus tris demeritas dem laetitias, de tribus fraude partas per malitiam et per dolum et fallaciam*

mil. glor. 212: *cui bini custodes semper totis horis occubant*

Persa 317: . . . . *Quia boves bini hic sunt in crumina*

Epid. 210/211: *Tum captivorum quid ducunt secum! pueros, virgines binos, ternos alius quinque*

Terent (Dziatzko)

Phormio 789/91: . . . *nam ex eis praemiis talenta argenti bina*
Statim capiebat: vir viro quid praestat!
De. *Binan quaeso?*
Na. *Ac rebus vilioribus multo talenta bina*

Com. R. fragm.[3] inc. p. 133, V:

Quinque Thasii vini depromam ⟨amphoras⟩ binas Falerni

Novius 84/85[1])

. . . . . *filias*
⟨binas⟩ habeo temulentas

Decimus Laberius 109[2]): *Ego bis tricenis annis actis sine nota*
Domum revertar mimus

carm. epigr. L. (Buecheler)

I, 85, 1: *decem et octo annorum natus vixi ut potui bene*

I, 59, 4: *vix quom esset bis decem anneis nata* . . . .

Plautus

Cistell 700[a]/701:[a] . . . . *Hic concilium fuit, ad duos attinet, liquidumst. attat, singulum video vestigium*

Stichus 706: *vide quot cyathos bibimus. Stich. Tot quot digiti sibi sunt in manu*

[1]) in com. R. fragm.[3] p. 325.
[2]) in com. R. fragm.[3] p. 359.

Plautus

2 Rudens 564: . . . . Labr. *Quot sunt?* Scep. *Totidem quot ego et tu sumus*

Varro

12 sat. Menipp. 92, 4:[1]) . . . *per quam limbus pictus bis sex signis stellumicantibus*

Seneca (Richter et Peiper[2])

Hercul. 1282: *ingens opus, labore bis seno amplius*
Troad. 386: *quo bis sena volant sidera turbine*
Oedip. 251: *bis sena cursu signa qui vario legis*
Agam. 813: *bis seno meruit labore*

carm. epigr. L.

14 I, 55, 18: *bis hic septeni mecum natales dies,*

Seneca

Medea 955: . . . *bisque septenos parens natos tulissem*
Hercul. Oet. 1850: . . . *bisque septenos gregem deplanxit una*

Horatius

110 carm. saec. 21: *certus undenos deciens per annos*
carm. III, 19, 13/15: *qui Musas amat imparis*
9 *ternos ter cyathos attonitus petet vates*
6 epod. 4, 8: *cum bis trium ulnarum toga*[2])
2000 9, 17: *ad hunc frementes verterunt bis mille equos Galli* . . . . . .

Seneca

10 Troad. 1057/58: *quod tam ferum, tam triste bis quinis scelus Mars vidit annis*
Agam. 625: *restitit quinis bis annis*
42: *post decima [dena A] Phoebi lustra* . . .

---

[1]) in Petronii sat. Buecheler, [4], p. 174.

[2]) Ferendum est nullo modo, quod in codd. lectum erat: *cum bis ter ulnarum toga.* Quisnam sanus loquitur de toga „sexies" ulnarum? Quomodo autem hoc ortum sit mendum, ostendere facile est. Librarius quidam cum describeret, ante oculos habuit: *bis III;* neque contextum verborum animadvertens cum momento omisisset, pro numero scripsit litteras et cum antecederet *bis,* addidit multiplicativum *ter.*

Seneca

Hercul. 38: *qua sol* . . . . . .
binos propinqua tinguit Aethiopas face 2
336: *et bina findens Isthmos exilis freta*
Phoenissae 433/434: . . . *et binas statim diduxit acies*
Phaedra 1214: *bina ut viderem funera et geminam necem*
Oedipus 360: *en capita paribus bina consurgunt toris*
Hercul. 62: *et terna monstri colla devicti intuens* 3
784: *qui terna vasto capita concutiens*
796: . . . . . *fragor per ora missus terna*
Phaedra 943: *ut vota prono terna concipiam deo*
Troad. 9: . . . . . *et qui frigidum septena Tanain ora pandentem bibit* 7
Medea 771/772: *tibi haec cruenta serta texuntur manu novena quae serpens ligat* 9
Hercul. 300: . . . *indomiti ferent centena tauri colla* 100
Phaedra 150: *qui ille* . . . *qui* . . . . *populisque reddit iura centenis pater?*
ib. 500: *centena nivei colla summittunt boves*

Ovidius

ars III, 363/364: *est genus in totidem tenui ratione redactum scriptula, quot menses lubricus annus habet* 12
fast. V, 695/696: *cum totidem de mense dies superesse videbis quot sunt Herculei facta laboris* . . . .
trist. V, 10, 3/4: *at mihi iam videor patria procul esse tot annis, Dardana quot Graio Troia sub hoste fuit* 10
fast. VI, 795: *tot restant de mense dies quot nomina Parcis* 3
II, 567/568: *nec tamen haec ultra, quam tot de mense supersint luciferi, quot habent carmina nostra pedes*
met. III, 351/352: *namque ter ad quinos unum Cephisius annum addiderat* 15
fast. IV, 702: *addideratque annos ad duo lustra duos* 12
VI, 725/726: *iam sex et totidem luces de mense supersunt huic unum numero tu tamen adde diem* 13
trist. IV, 10, 31: *iamque decem vitae frater geminaverat annos* 20
IV, 10 95/96: *postque meos ortus Pisaea vinctus oliva abstulerat decies praemia victor eques* 50
IV, 10, 77/78: *et iam complerat genitor sua fata, novemque addiderat lustris altera lustra novem* 90

Lucilius
XXX, 1053: *Maximus si argenti sescentum ac mille reliquit*
Catullus (Riese)
23, 26/27: *et sestertia quae soles precari*
centum desine: . . . .
29, 11/14: *eeone nomine, imperator unice,*
fuisti in ultima occidentis insula,
ut ista vostra diffutata mentula
ducenties comesset aut trecenties?
103/1: *aut, sodes, mihi redde decem sestertia, Silo*
Horatius
serm. I, 3, 15: . . . . . *deciens centena dedisses*
epist. I, 7, 80/81: *dum septem donat sestertia, mutua septem*
promittit
epist. II, 2, 33: *accipit et bis dena super sestertia nummum*
serm. II, 3, 240: *scilicet ut deciens solidum absorberet* . .

Index substantivorum, quibuscum numeri vitati coniunguntur.

dies

Vergil. Bucol. I, 43.
Georg. I, 284.
Aen. II, 126.
Aen. XI, 133.
Lygdam. III, 5, 28.
Propert. IV, 5, 40.
Ov. met. XI, 96.
fast. III, 163.
V, 695/696.
VI, 768.
VI, 795.
met. II, 497 (natalis)
VIII, 243 „
XIII, 753 „
carm. L. ep. I, 55, 18.

annus

Lucil. XV, 491.
Verg. Aen. I, 272.
VIII, 47.
Propert. II, 9, 3.
Ov. met. III, 351.
V, 50.
VII, 293.
XI, 302.
XII, 188.
trist. V, 10, 3/4.
fast. III, 59.
V, 623.
Dec. Lab. 109.
Carm. L. ep. I, 59, 4.
I, 85, 1.
Horat. carm. saec. 21.
Sen. Troad. 1057/58.
Agam. 625.

mensis

Horat. epist. I, 20, 27 (decembris).
Laus Pison. 20.
Ov. met. VIII, 500.
trist. IV, 10, 10.
fast. I, 28.
III, 124.

saeculum

Tibull. IV, 1, 50.
IV, 1, 112.

nox

Propert. III, 8, 23.
Ov. fast. V, 379.

lustrum

Ov. ib. 1.

aestas

Ov. ex Pont. IV, 10, 1.

messis, mustum

Ov. met. XIV, 146.

hora

Moret. 1.

signum

Cicer. Arat. 226, 319.
Ov. met. VI, 571.
XIII, 618.
fast. V, 143.
Germ. Arat. 531.
Varro, sat. Menipp. 92, 4.
Sen. Oed. 251.

stella

Ov. fast. III, 458.
V, 414.
Germ. Arat. 27.

sidus

Sen. Troad. 386.

astrum

Verg. Georg. I, 232.
Germ. Arat. 570.

orbis

Verg. Aen. VIII, 448.
Ov. fast. III, 127.
Aetna 232.

lumen

Enn. ann. 323.

lucifer
Ov. fast. II, 567/68.

lux
Ov. ex Pont IV, 5, 7.
fast. VI, 725.

radius
Verg. Aen. XII, 163.

fascis
Ov. ex Pont. IV, 9, 4.
Laus Pison. 70.

iugum
Ov. met. XII, 432.
fast. I, 564.

via
Propert. IV, 22, 16.
Ov. fast. I, 142.

vestigium
Plaut. Cist. 701[a].

milia
Lucil. III, 107.
Hor. serm. II, 3, 116.
II, 4, 76.
Ov. trist. IV, 10, 4.
Aetna 487.

ulna
Ov. met. VIII, 749.
Hor. epod. 4, 8.

missus
Lucret. IV, 408.

iugerum
Propert. V, 10, 26.

ordo
Verg. Aen. V, 120.

pes
Gratt. Cyneg. 147.

scriptulum
Ov. ars III, 363/64.

gradus
Ov. ex Pont. III, 2, 50.

passus
Gratt. Cyneg. 31.

volumen
Verg. Aen. V, 85.
Ov. trist. I, 1, 117.
III, 14, 19.

libellus
Ov. trist. II, 549.

filum
Ov. fast. V, 106.
Cir. 372.

navis
Verg. Aen. I, 381.
X, 213.
XI, 326.

arbor
Verg. Aen. X, 207.

ala
Propert. V, 6, 47.

sinus
Gratt. cyneg. 29.

telum
Verg. Aen. X, 329.

hastile
Verg. Aen. I, 313.
XII, 165.
Ov. met. XIV, 344.

libra
moret. 18.

pondo
Domit. Mars. 3, 6.

talentum
Ov. heroid. III, 33.
Terent.Phorm.789,791.

tropaeum
Ov. heroid. IV, 66.
XVI, 242.
XX, 214.
rem. am. 158.

labor
Ov. met. XV, 39.
Sen. Hercul. 1282.
Agam. 812.

damnum
Ov. trist. III, 8, 34.

nomen
Ov. heroid. VIII, 30.
fast. VI, 216.

pignus
Ov. heroid. VI, 122.

solacium
Ov. rem. am. 449.

numen
Ov. fast. V, 146.

ululatus
Ov. met. VII, 190.

latratus
Ov. met. VII, 414.

bulbus
Ov. met. fac. fem. 53.

canna
Ov. met. II, 682.

armentum
Verg. Aen. VII, 538.

vellus
Ov. met. XII, 429/430.

vacca
Ov. fast. IV, 635.

bos
Plaut. Pers. 317.

iuvencus
Verg. Georg. I, 15.
Ov. met. VIII, 580.

fetus
Verg. buc. III, 30.

bidens
Verg. Aen. V, 96.

volucris
Ov. met. XII, 15.
fast. IV, 817.

cycnus
Verg. Aen. I, 393.

lapillus
Ov. trist. II, 481.

poculum
Verg. Aen. IX, 263.

cyathus
Plaut. Stich 706.
Horat. carm. III, 19, 14.

vinculum
Propert. V, 8, 80.

spiculum
Verg. Aen. V, 306.

frenum
Verg. Aen. VIII, 168.

sertum
Ov. fast. II, 644.
Sen. Med. 772.

libum
Ov. fast II, 644.

locus
Verg. Aen. XI, 9/10.

bustum
Propert. III, 13, 7.

urbs
Tibul. I, 4, 69.

aer
Lucret. IV, 291.

vadum
Propert. II, 1, 22.

fretum
Ov. fast, VI, 495.
Sen. Hercul. 336.

aequor
Ov. heroid. IV, 105.

ostium
Ov. amor. III, 6, 39.

theatrum
Ov. ars III, 394.
trist. III, 12, 24.

ara
Ov. met. VII, 240.

regnum
Ov. fast. VI, 94.

corpus
Enn. ann. 93.
Lucret. V, 879.
Verg. Aen. IX, 272.
Ov. ars II, 72.
met. V, 208, 209.
Ib. 376.
fast. II, 418.

caput
Sen. Oed. 360.
Hercul. 784.

tergum
Ov. met. XII, 97.

os
Ov. heroid. IX, 38.
fast. I, 96.
Sen. Hercul. 796.
Troad. 9.

cornu
Ov. fast. IV, 480.

manus
Verg. Aen. X, 566.

auris
Verg. Georg. I, 172.

collum
Sen. Hercul. 62, 300.
Phaedr. 500.

guttur
Ov. met. X, 22.

vir
Horat. epist. II, 1, 24.
Ov. trist. II, 94.
fast. II, 54.
IV, 384.

eques
Verg. Aen. VIII, 518.
IX, 370.

equus
Lucret. V, 1300.
Verg. Aen. VII, 275.
Ov. heroid. III, 34.
Hor. epod. 9, 17.

puer
Verg. Aen. V, 561.

natus (= filius)
Sen. Med. 955.
Herc. Oet. 1850.

nata (= filia)
Ov. met. XIII, 642.

filia
Novius 84/85.

lectus
Verg. Aen. XII, 899.

socius
Ov. met. XIV, 253.

deus
Verg. Aen. IV, 510.

delubrum
Verg. Aen. VIII, 716.

caelestis
Ov. met. VI, 72.

famula
Ov. met. IV, 220.
Ib. 391.

nympha
Verg. Aen. I, 71.

amica
Ov. rem. am. 441.

gaudium
Plaut. Pseudol. 704.

amphora
Com. R. fragm. inc. p. 133, V.

acies
Sen. Phon. 433.

funus
Sen. Phaedr. 1214.

votum
Sen. Phaedr. 943.

populus
Sen. Phaedr. 150.

custos
Plaut. mil. glor. 212.

Nelidae
Ov. met. XII, 553, 554.

Rutuli
Verg. Aen. IX, 161.

Fabii
Ov. fast. II, 196.

Parilia
Ov. fast. VI, 257.

Philippus
Plaut. Bacch. 1050.

Aethiopae
Sen. Hercul. 38.

A. De numeralibus versui dactylico non aut minus aptis.

1. De cardinalibus.

In metrum dactylicum omnino inmitti non possunt voces creticum (— ⏑ —) vel tribrachyn (⏑ ⏑ ⏑) vel proceleusmaticum (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) vel antispastum (⏑ — — ⏑) continentes; vocabula, quae formam bacchei (⏑ — —) vel ionici a minore (⏑ ⏑ — —) praebent, hexametro non nisi in primo aut quarto aut sexto pede, pentametri alteri tantum parti inseri possunt. Plane ergo ex versu dactylico secluduntur haec numeralia:

duodecim,
quattuordecim,
septuaginta.

Hexametro autem non possunt inseri nisi in primo aut quarto aut sexto pede, pentametri alteri tantum parti:

ducenti
trecenti } formam bacchei praebentia [1])

duodeviginti, ionicum a minore continens, quod numerale etiam in primos tres pedes vocali sequente disponi potest, si syllaba longa inchoat versum.

Nec minus diligenter tractanda sunt ea numeralia, quae cum habeant stirpes iambicas vel trochaicas, re ipsa metro dactylico non respuuntur, si syllaba ultima aut vocali insequente eliditur aut positione producitur. Quorum in numero sunt quaedam ipsa perfectam dactyli formam praebentia; sed ipsarum formarum prosodia in *em* vel *im* vel *um* exeuntium in dactylo — excepto sexto pede, qui tales respuit formas — nunquam non immutatur, cum ultima syllaba vel elidatur vel porrigatur.

Hi numeri sunt:

undecim
quindecim
sedecim.

Producta vero ultima syllaba ea vocabula creticum continentia re ipsa excluduntur a dactylo.

[1]) Nihil obstat, quominus dactylici usurpent tales formas velut *ducenta* ⏑ — ⏑ omnibus versuum locis.

Nec licet oblivisci numerorum *novem* et *decem*, qui et ipsi transformationi subiecti sunt pyrrhichii formam habentes. Reformidant autem poetae formas numerorum denariorum, quamquam metro ipso non excluduntur, sed quod formae sunt spondiacae.

Non igitur mirum, si talia vocabula quam rarissime reperiuntur, cum poeta recuset dimidiam fere vel tertiam hexametri partem eis praebere formis. Quid quod poetae saepe verba *viginti, triginta* vitant, quamquam voces *bis deni* et *ter deni* eundem syllabarum longarum numerum continent atque vocabula mutata? Ex eo satis apparet poetam maluisse dissolvere verbum rhythmum molossi praebens in duas partes et stilum, quem dicimus, quoque in causa esse. Ac profecto, multum interest — quod quidem sensu magis quam ratione percipias — utrum in versu audiatur forma *triginta* an *ter deni*. Hanc quidem conformationem habere infitiari non possis, ut videatur versus aliquanto elegantior et speciosior.

Haud ita saepe usurpantur in dactylicorum carminibus numeri centenarii. Exceptis enim voculis *ducenti* et *trecenti* inveniuntur tantum formae numeralium

quingenti, Enn. ann. 353,
Lucret. IV, 409,
Catull. 95, 3,
Horat. serm. II, 7, 43.
sescenti Verg. Aen. X, 172,
septingenti Enn. ann. 501.

Neque ullus dactylicus hos numeros in partes dissolvit.

Longe aliter res se habet, cum agitur de numeris millenariis. *Milia* enim cum sit substantivum perfectissimum dactyli rhythmum praebens, non est opus circumlocutione. Attamen bis invenitur.

2. De ordinalibus.

Cardinalibus multo rarius, ut natura fert, ordinalia reperiuntur apud poetas. Ac si reperiuntur, rarissime vitantur. Cuius rei causa est, quod ordinalium exitus habent formam adiectivi ideoque vocabula, ut mutabilia, magis sunt apta versui dactylico. Tum autem ipsorum cardinalium *quattuordecim, sedecim,* quibus difficultates in versibus componendis maximae afferuntur, ordinalia facillime versui possunt inseri dactylico, cum constent ex binis vocabulis, quae poetae nunquam non poterant seiungere aliis interpositis voculis.

3. De dispertitivis.

Duobus locis — Verg. buc. I, 43 et Aen. V, 561 — exceptis dispertitiva non mutantur, cum sint satis apta hexametro, sed saepissime valent ad vitanda cardinalia.

4. De numeralibus multiplicativis.

Semel tantum numerale multiplicativum per ambitum verborum enuntiatur, Ov. met. XIV, 58.

Sed nunc ostendamus, quomodo illa dicendi forma et nata sit et creverit adoleveritque.

B. De numeralibus explicatis pluribus vel aliis verbis.

1. De cardinalibus.

a) De cardinalibus versui dactylico nihil aptis.

Duodecim.

Mutatur numerus ille difficilis modum proceleusmatici praebens vocabulo in numeros multiplicantes dissoluto. *Duodecim* sunt *bis sena* vel *ter quaterna*. Et exceptis paucissimis exemplis variant poetae dactylici in altero utro circumeundi modo, prout aut metrica cogebantur necessitate aut commodum et elegans lepidumque videbatur.

Ac primus quidem illum numerum vitat is, qui dactylum in Italiam induxit, Ennius. Iam ille utitur utroque modo, qui mansit usque ad infimos poetas. *Ter quattuor* quidem legimus rarius; praebet enim formam ionici a maiore constantis ex quattuor syllabis, cum forma *bis sex* dactylum — rectius dico merum spondeum — expleat. Ita Ennius formam in metrum non quadrantem mutando aptum versui reddidit. Cuius in vestigiis omnes, qui post eum fuerunt poetae dactylici, insistebant. Alios autem numeros in Ennii carminibus mutatos non legimus. —

Multo tempore intermisso reperimus bis denuo formam *bis sex* in Ciceronis Arateis, quibus verbis duodecim signa orbis signiferi significantur.

Etiam Vergilius mutat eum numerum. Sciendum autem est in buc. I, 43 distributivum *duodenos,* non cardinale *duodecim* vitari, cui rei est documento *quotannis* versus praecedentis. Vitans autem verbum *duodenos* mutavit numerum. Accedere videtur, quod *bis senos* maius sonat quam *duodenos;* nam potuit hoc ipso versu, sane non eleganter, loqui sic: *Cui duodenos nostra* sqq. Iam transeamus ad Aeneida, ubi in quinto v. 561 iterum vitatur *duodeni*. Ex eis, quae tractavimus, exemplis apparet Vergilium promiscue, prout versus postulet, utraque uti forma *bis sex* et *bis seni*.

Atque Propertius, in cuius carminibus primum cernitur *bis sex* etiam in pentametro, cuius prius hemistichium terminat, nulla alia

nisi spondiaca utitur forma. Sequuntur loci ex auctoris incerti laude Pisonis, ubi bis stant formae grandius sonantes, quae praebent molossi rhythmum. Et in Aetnae v. 487 eliditur ultima syllaba distributivi *sena* sequente vocali. Cur autem hoc fecerit poeta, satis elucere mihi videtur. Omnes eius versus pedes praeter quintum voluit poeta esse spondeos graves et tardos, quo melius animo sibi fingat lector liquorem illum procedere tandem incipere.

Multo plura his omnibus poetis affert exempla Ovidius, quae leguntur et in iuvenilibus et in senilibus carminibus. Advertamus paululum animum versui III, 34 heroidum! Inde ab Ennio enim non iam repertus est rhythmus descendens *bis sex,* sed semper surgens *bis sex.* Hoc loco cur usurpetur, causa est, quod ponitur in pentametri initio. Et cum in omnibus versibus praeter Enn. ann. 323 vox disponatur per duos pedes, hoc loco tota forma unum explet pedem. — In transformationibus, ubi plerumque exhibetur species *bis sex,* notabilis est VIII, 243. Adhuc enim verba numeri velut *bis sex, bis seni* semper coniuncta erant; nunc autem voces artissime inter se cohaerentes disiunguntur vocabulo trisyllabo interposito. Cur fecit hoc Ovidius? Quod quidem numerum distingueret, hic nihil erat; nec metrica coactus est necessitate. Sed poetam commoditate quadam et licentia adductum nec minus respicientem fortasse sui stili proprietatem hoc modo vitasse difficilem numerum credo. Quibus artibus verborum quidem contextum remitti, contra versum volubilius atque elegantius profluere facile intellegi potest. — Alio loco, XII, 553/554 Ovidius numeralia ponens in primo pede hexametri imitatus est Homerum, qui scribit in Il. XI, 692:

δώδεκα γὰρ Νηλῆος ἀμύμονος υἱέες ἦμεν.

Inspiciamus nunc eam novam circumloquendi rationem, qua utitur Ovidius in Trist. IV, 10, 10. Illum, cum totiens usurpasset formas *bis sex—bis seni* perosum quaesivisse occasionem novandi mirari non licet. Neque revertit ad priscam formulam *ter quattuor* inde ab Ennio non iam usurpatam, quippe quae satis esset gravis et inelegans in pentametro, sed, qua erat inventione, novam addidit sermoni rationem, quae pentametro eadem esset commodissima, cum partes ita collocari possent, ut existerent dactyli meri. Et fecit hoc dirimens voces interiecta vocula *ante,* hoc loco iterum. Et ad id tempus numerus multiplicans semper fuerat minor, numerus multiplicandus maior; Ovidius primus illam rationem invertit, quod levius erat *tribus quater* quam *ter quattuor.* Ita poeta prospexit pariter et metro et sermonis elegantiae. — In ib. 391 invertitur *sex bis,* ut fiat merus dactylus. Et in ep. ex Ponto IV, 9, 4 non sine causa incohat numerus molossi speciem praebens pentametrum; gravissimum esse enim numerum fascium, quibus significatur summus Romanorum magistratus, vult Naso. Qui cur numerale mutaverit in fast. IV. 817, solis luce clarius est. Remus enim videt *sex*

volucres, sed Romulus videt duplicem numerum avium, *bis sex.* Res ipsa in memoriam revocat versum Enni ann. 93.

Cum igitur, quas res novas instituerit Ovidius, repetierimus, cognoscemus haec: Saepius collocavit *bis sex,* quae vox in eius carminibus latius patet, in principio sive hexametri sive pentametri, semel dicens pro *bis sex sex bis,* ut vitaret spondeum. Variavit quoque in ratione mutandi dicens *tribus quater* et re ipsa identidem in circumeundo ductus est. Atque ut poeta dirimens verba numerum mutantia leviorem reddidit versum, ita contextus versuum quodam modo remittitur; sed ars versuum faciendorum elucet stupenda.

Semel usurpat etiam Germanicus formam, de qua agitur; quacum conferre libeat Arat. Phaen. (ed. Maass 1893) 550/551:

ἐν τοῖς ἠέλιος φέρεται δυοκαίδεκα πᾶσι
πάντ' ἐνιαυτὸν ἄγων.

Ei modi, quos tractavimus, numeri difficilis fugiendi simplices videntur ac sinceri. Ovidium solum iam tum, cum circumloquitur numeros per numeros, novasse in sermone vidimus; sed ut reddat stilum magis singularem et proprium, alia quoque remedia auxilio arcessit. Velut in usum vocat addendi quandam rationem in ib. 376 et trist. II, 549, fast. VI, 725.

Quattuordecim.

Numerali *duodecim* nihil aptior est versui dactylico numerus *quattuordecim.* Speciem enim continens cretici et ipse natura seiungitur a metro dactylico et mutandus erat illis poetis. Nihil ergo restabat, nisi ut numerus divelleretur in partes suas. Neque poterant variare in hoc numerali poetae; *quattuordecim* est enim nihil aliud nisi *bis septena* et *septies bina.* — Atque Vergilius quidem primus per ambitum verborum enuntiat numerum, Ovidius sequitur solus. Uterque autem dactylicus eadem utitur forma *bis septem* etiam in pentametro, nulla altera, cum sit longior et gravior.

b) De cardinalibus, quae certis tantum hexametri locis inseri possunt.

Vocabula, quae formam bacchei vel ionici a minore praebent, hexametro non intexi possunt nisi in primo secundoque aut quarto aut sexto pede. In hoc sunt numero haec cardinalia:

ducenti
trecenti.

Ducenti.[1] [2])

Hunc numerum Vergilius primus mutat in Aen. VIII, 518, ubi

[1]) Arte rara usus Lucilius illius numeri formam dactylo aptam reddit bis porrigens *u* syllabae *du* in *ducentum,* XVIII, 555 et XXX, 1051.
[2]) Forma simplex: Hor. serm. I, 3, 11; I, 4, 9; I, 6, 42; I, 10, 60; II, 3, 61.

pro baccheo potuit uti molosso. Alia autem illius numeralis exempla apud Vergilium non legimus. Bis redit illa forma in carminibus Ovidi, qui eandem exhibet speciem in duorum versuum sequentium eodem pede secundo, quo magis distingueret numerum. Pari loco ac supra legitur in met. XII, 138, ubi cur ponatur, demonstrari posse mihi videtur. In maius enim rem extollens Ovidius dicit pro aetate humana *centum annos* vel, quod idem est et id alii poetae dicunt, *saeculum*. Nestor ibi narrat se bis centum annos vixisse, nunc se vivere tertiam aetatem. Qua voce significatur *aetatem* idem valere quod *centum annos* et *bis centum annos* esse *duas aetates*.

Omnino ergo quater mutatur *ducenti* in *bis centum*, ratione circumloquendi eadem manente. Et ab Ovidio quidem et eadem collocatio ante penthemimerem servatur.

Trecenti.[1])

Multo maior est huius vocis vis ac potestas et latius igitur patet usus.[2]) Utriusque formae *ducenti* et *trecenti* cum prima brevis syllaba obstet, quominus in omnes metri dactylici pedes conveniant, poetae illam syllabam aliquo modo debebant producere. Rursus in Vergilio primo legitur ea circumlocutio.

Notabilis autem est locus Aen. X, 182 eo, quod Vergilius hic primum usurpat syllabae elisionem, qua arte facit ex antibaccheo *tercentum* merum spondeum.

Aliam vero mutandi sequitur rationem Tibullus, qua coniungitur multiplicativum non cum cardinali, sed cum distributivo, *tercentenas* dicens. Novum quidem hoc non est in aliis, sed apud Tibullum. Qui posuit eam longissimam formam numeri, cuius vis est hic et significatio *multae vel innumerabiles;*[3]) ob versum videtur longiore usus esse vocabulo. Semel tantum circumitur illud numerale ab Horatio, qui saepissime omnium dactylicorum usurpat illam formam simplicem, ut in epistulis et sermonibus quidem non affectat genus dicendi altisonum epeon.

Neque aliter mutat Ovidius eum numerum; legitur in met. XIV, 146: *ter centum*. Nec sine consilio Naso ita locutus esse videtur. Narrat enim Sibylla se vanam rogasse, ut tot sibi natales contingerent, quot corpora haberet cumulus pulveris; septem iam sibi saecula esse acta; superesse sibi, ut pulveris numeros aequet, *ter centum* messes, *ter centum* musta videre, id est *tria*

[1]) Forma simplex: Verg. Aen. X, 173; Hor. serm. I, 5, 12; I, 8, 12.
[2]) Arch. f. lat. Lex. IX, p. 189.
[3]) Arch. f. lat. Lex. IX, p. 189.

saecula. Quis igitur Ovidium hic etiam ob rem ipsam formam mutasse non videt?

Faciamus ergo summam brevissime dicentes a Vergilio, Horatio, Ovidio, in cuius uno versu bis legatur numerus, exhiberi tantum formam *tercentum*, in Tibulli carminibus semel inveniri speciem *tercentenas*.

Secuntur autem loci, quibus continetur praeter alios et numerus mutatus *trecenti*. Vitat Ovidius *trecenti et sex* in fast. II, 196. Quem versum spurium habenti editori[1]) assentiri non possum. Neque enim scio, num illo ipso magis versus spiret Ovidium. Eo enim modo numerum vitari, inprimis sex, est maxime proprium Ovidi. Nam ut *trecenti* a poeta secatur in duas partes *ter centum* et ut numerus multiplicans in prioris partis stat initio, ita et *sex* dissolvitur in numeros multiplicantes, ut existat elegantia quaedam et concinnitas, et *ter* in principio stat alterius hemistichii. — Similiter collocat Ovidius trist. IV, 10, 4 in fine utriusque hemistichii. — *Sex* hic ita dividitur ut trist. IV, 10, 10, ubi permutantur numeri multiplicantes. Neque est mirum vocabula *ter* et *duo* voce interposita dirimi. Illud vero habendum est novum totius numeri partes *ter centum* et *ter duo* in versu esse neque coniunctione *et* neque alia ratione inter se iunctas. Nec minus incitatur studium nostrum alio libri tertii versu, 163. Formam quidem *tercentum* non curamus. Sed qua ratione vitetur dispondeus *sexaginta*, alicuius momenti videtur mihi esse. Ovidius enim si dixisset *sexies denos*, creticum nactus esset; qui cum non conveniret in metrum, numeros permutare coactus eam posuit formulam. Inserendum est huc numerale

Duodeviginti,

quod speciem continet ionici a minore, quem sequitur spondeus. Ob has causas collocari potest ille numerus in hexametri primo aut etiam quarto pede; qua re cum fieret hexameter versus spondiacus, a pentametri parte altera excluditur. In carminibus quidem dactylicorum hunc nusquam repperimus numerum. Contra usurpatur in Plauti Poenulo 897: *duodeviginti minis* et 1380: *duodeviginti minae*. Is numerus quod constat sex syllabis, ex quibus duae breves, quattuor sunt longae, tali autem monstro expleretur dimidius fere hexameter, invenerunt dactylici viam, cum et *duodeviginti* dividebant in singulos numeros multiplicantes. Quam commode Lucilius primus circumiit id verbum difficile! Ex vocabulo illo a versu dactylico alieno sic factus est spondeus merus et perfectus. Poetarum autem, qui fuerunt inter Lucili et Ovidi aetatem, quantum

[1]) in praef. vol. III, p. XXXV, Merkel.

quidem exstent reliquiae, nemo usurpat hanc orationem. Non redit numerus nisi transformatus in Ovidi met. XIV, 253. Hic autem dicit *bis novem*. Tamen haec forma poetae erat mutanda. Nam si numerum sequebatur vocabulum a consonanti incipiens, oriebatur creticus aut elidenda erat syllaba ultima vocali sequente. Omnes ergo incommoditates effugit poeta, cum intermitteret inter *bis* et *novem* voculam *que*. — Lucilius autem qua est usus forma, similis legitur in fastis, nisi quod hic pro cardinali *sex* adhibetur distributivum *senos*.

Disputandum est nunc de illis numeris, qui, cum ipsi sint dactyli integri, certis collocationibus subiecti varias incommoditates praebent. Alter est

Quindecim,[1])

Qui numerus, cum subsequitur vox a consonanti incipiens, cretici speciem praebens a metro respuitur, quo quadrat, cum syllaba *im* eliditur. Sed dactylici, ut evaderent omnem incommoditatem, utebantur illis in duas partes sectis. Quam rationem usurpat omnium primus Lygdamus III, 5, 28, ubi collocat molossum gravem in priore pentametri hemistichio. — Multo plura exempla habet Ovidius, quibus provocamur ad disputandum. Velut versus metam. III, 351 eo est notabilis, quod partes *ter* et *quinos* divelluntur vocula *ad*. Attamen et hic hexameter fuisset: *Namque ad ter quinos* . . . . . Sed sentis, quam tardi et graves fluant spondei. Idem invertit poeta voces *ter quinque* in *quinque ter*, ut eveniat dactylus. Versus trist. I, 1, 117 redit in eiusdem carminis libro III, 14, 19.

Duo ergo soli dactylici utuntur forma, quae mutat *quindecim*. Nec licet oblivisci illum poetam semel ratione longe alia *quindecim* duobus exposuisse verbis addendis numeris, ut diceret *quinque decemque*. — Alterum huius generis vocabulum,

Sedecim,

cuius forma simplex nusquam carminum legitur, mutatur primum in moreti v. 18 et alterum in Ovidi metam. V, 50. Illud est maxime memoratu dignum, quod in utroque versu fit aptior tota vox metro, cum duae partes numeri multiplicantes dirimantur ita, ut pars prior *bis* coniuncta cum altera syllaba brevi partem posteriorem efficiat dactyli intercedentis.

[1]) Formam simplicem non inveni in carmine dactylico, Horatius semel exhibet in carm. saec. 70.

c) De cardinalibus, quae dactylici vitabant nihil coacti metrica necessitate.

Eius generis sunt haec numeralia:

viginti
viginti septem
triginta
quadraginta
quadraginta quattuor
sexaginta
nonaginta
novem
decem
centum
quattuor
octo
duo milia
sex

Ac primum quidem agemus de eis numeralibus, quae speciem vel molossi vel dispondei habent. Quos modos graves saepe fugere poetas constat. Nonnullorum autem numerorum, de quibus agitur, poterant dactylici elidere ultimam syllabam, ut verbum difficile minueretur, velut in numero *quinquaginta*, qui numerus cur ommino non explicetur verbis pluribus, quamvis sit tardus, facile perspiciemus. Cogitemus enim, qua vitetur ratione! Aut *quinquies decem — decem quinquies* — aut *decies quinque — quinque decies* — dici potest. Formae autem voculam *quinquies* continentes metro dactylico respuuntur, ut habentes creticum; *decies quinque* continet rhythmum antispasti et *quinque decies* rhythmum tribrachys, quorum verborum uterque modus hexametro omnino inseri non potest. — Nec forma *octoginta* dissolvitur in partes, quo facilius accommodetur metro, sed simplex vocis reperitur species syllaba ultima elisa in Horati serm. II, 3, 118, ubi pars est vocabuli *unde-octoginta* dispertiti in duos versus, id quod in aliis dactylicorum carminibus non legitur.

Viginti.[1])

Primus circumit hoc numerale Vergilius in Aen. I, 381. Aliis locis, velut Aen. I, 634 et IX, 48 formam simplicem gravem et ipsam posuit in versus initio. Soni gratia igitur usurpat Vergilius hic formam mutatam, sicut etiam XI, 326. Nam grandius videtur sonare *bis deni* quam *viginti*. — A quibus exemplis nihil differt

[1]) Legitur forma simplex: Lucil. X, 402.

locus Properti II, 9, 3, cuius circumlocutionem ex re ipsa nasci Rothsteinio assentior dicenti:[1]) „*Bis denos* ist hier nicht blosse poetische Umschreibung, sondern es wird die Zeit der Belagerung von Troia und die der Irrfahrten unterschieden, wie Ov. ars III, 15 *est pia Penelope lustris errante duobus et totidem lustris bella gerente viro.*“

Hoc loco autem consideremus brevissime versum, quo contineri numerus videtur *viginti septem,* Ciris 371. Sed haec non est circumlocutio vera; nam in actione magica numerus triadis ex usu est. Idem numerus revertitur in Ovidi met. XIV, 58 eodem sensu, sed forma numeralis multiplicativi.

Triginta.[2])

Vergilius primus usurpat vocem *ter denis* in Aen. VIII, 47. Causa fortasse metrica est, id quod etiam dilucidius apparet, cum consideramus *triginta capitum fetus* (v. 44) significare *ter denos* annos. — Ovidius quoque semel mutat *triginta.*

Quadraginta.[3])

Etiam una syllaba illa vox est longior quam quas modo tractavimus. Ac profecto reperitur illa forma solum apud Lucilium et in pentametro Catulli 115, 2, qui syllabam ultimam elidit. Ter legimus in carminibus Ovidi *quadraginta* mutatum. Cuius altera pars est semper forma distributivi *deni,* cum dactylici haud nimis ament in circumeundo cardinale *decem.* Et alterum vocabulum *quater* aptissimum ad metrum dactylicum ita collocat, ut altera syllaba sit pars prioris, altera caput posterioris dactyli. In fast. VI, 257 invertitur collocatio elegantiae causa. — Arte circumeundi ab iis locis differt poetae cynegeticon, Grattii, ratio, qui mutavit forsitan hac sola causa, quod iam stili epici est proprium numeros circumire. Is novam exhibet mutandi rationem dissolvens quadraginta in numeros multiplicantes *bis* et *vicenos.* — Huic loco inseramus alium quoque numerum eodem modo accommodatum hexametro in Horati epist. I, 20, 27. Peropportune autem cadit, quod *quadraginta quattuor* est is numerus, qui dividi potest per „quattuor.“ *Quater* enim dactylicis semper probatur, et dispertitivum *undenos* non sine causa adhibetur, de forma enim idem valet, quod dictum est de voculis *quindecim, sedecim.*[4]) Eadem ratione mutatur ab Ovidio solo bis

[1]) Die Elegien des Sextus Propertius, Berlin 1898, I, p. 199.
[2]) Forma simplex: Lucil. IV, 167; Catull. 115, 1; Verg. Aen. III, 391; VIII, 44.
[3]) Forma simplex: Lucil. XVI, 526; Catull. 115, 2.
[4]) Quam commode scribit Plautus in Mostell. 630: *Quattuor quadraginta!*

Sexaginta,[1])

sed non per formam *sexies decem* sed *decies senos,* cum illa forma contineat creticum.

Nonaginta.[2])

Quem numerum Ovidius solus semel vitat in trist. IV, 10, 4. Nasonem dirimere numeralia inter se conexa interposita brevi syllaba non ignoramus. Sed hoc loco divellit tribus voculis ita collocans, ut utraque pars stet in alterius hemistichii fine. Hac re Ovidium duas res assecutum esse quis non videt? Numerorum enim collocationem reddidit prominentem et versum fecit consonum et concinnum.

Centum.[3])

Hanc formam iam saepius legimus in mutandis aliis verbis, vel *bis centum, ter centum.* Metrica ergo causa nulla est, cur explicetur aliis vocabulis. Tamen mutatur velut ab Ovidio in trist. II, 94, ubi difficultatem praebet non numerus, sed praeberet vox *centumviris.* Sed et hanc facile vitare potuit, ut ex Pont. III, 5, 24, ubi seiungit *centum* et *viris.* Sed Ovidius studebat et talem vocem reddere mutando insolitam et singularem.

Ea, quae adhuc tractavimus, numeralia habuerunt speciem quandam causae, cur pluribus exponerentur verbis. Neque enim saepe facile aut eleganter in metrum inseri possunt dactylicum. Quod autem vitabant vel ea, quae aptissima erant, satis mireris, si non altius descendas. Incipiamus a numero

Decem,

cuius forma simplex reperitur sescenties. Ut est gravis interdum Vergilius, explicat semel per vocem *bis quinos,* contra redit forma *bis quinque* in moreto. Qua utitur et ipse Horatius semel et huic aequalis, qui epigrammata fecit, Domitius Marsus. Post illos Ovidius in carminibus et iuvenilibus et senilibus numerum *decem* vitat plerumque usus prisca et solita forma. Liberior apparet in met. VIII, 500, ubi, ut fluat versus levior, numerus divellitur in duas partes vocula interiecta bisyllaba, cum tres syllabae — dactylus merus — interponantur in versu Ibidis primo. Ac primum in pentametro stat id numerale in fast. I, 28 et 564. Ecce collocatio inversa! Huius rei fortasse est causa, quod alterum hemistichium ex meris dactylis nunquam non constat.

[1]) Forma simplex non invenitur.
[2]) Forma simplex non invenitur.
[3]) Forma simplex saepissime.

Quattuor.[1])

Cuius numeri formam iam Lucretius uno loco circumlocutus est, id quod iure miramur, cum aliae circumlocutiones eiusmodi apud eum sint nullae. Accedit, quod partes seiunxit verbo interiecto. Sed causam esse poetae intellegemus. Exponit enim poeta, quantum profecerit ars belli. Pergit: et bigae prius inventae sunt quam quadrigae, id quod enuntiat vertens: „est prius coniungere biiugos quam bis binos". Sine dubio partitione numeri difficultatem rei depingere voluit Lucretius. Ovidius et ipse semel mutat eum numerum, item partes seiungens vocula *que*, quam saepius in hac re auxilio vocat.

Octo

Semel mutatur ab Ovidio in *bis quattuor*. Et Lucretius vitat

duo milia

dicens *bis mille* et collocans numerum in quarto et in quinto pede.

Sex

Hic vere cognoscas, quam longe absint poetae dactylici ab ulla necessitate in vitandis numeris. Nam is, qui ponit pro una syllaba tres, alias circumloquendi causas habeat necesse est quam metricas, velut Ovidius et Germanicus, qui utique voluisse videntur numerum mutatum sonare maius.

d) De cardinalibus per distributiva explicatis.

In hac parte ea demum exempla tractaturi sumus, quibus quin distributiva adhibeantur pro cardinalibus, dubium non esse eluceat. In hac enim ipsa re identidem haerere multos et alium aliud sentire mirum non est. Quodsi quis animo secum volutaverit non semper posse subtilissime diiudicari, utrum recte adhibeatur distributivum necne, intelleget nos optimo iure de certis tantum locis disputaturos esse. — Explicantur autem suis distributivis primum, quantum fieri potest, ei numeri, qui a versu dactylico aut omnino aut certis pedibus secluduntur. 'Quantum fieri potest' dico. Nam esse potest, ut cardinale, cuius forma nihil est apta versui dactylico, ne in dispertitivum quidem mutatum conveniat in metrum. Qua in re magni est momenti, quod formae distributivorum paene omnium sunt formis cardinalium longiores et habent plerumque syllabas stirpis longas. Sed eadem, ut sunt adiectiva, multo commodius iniungi possunt in metrum epicum.

Et in prosa et in carminibus exhibentur distributiva coniuncta cum eis substantivis, quae numeri tantum pluralis sunt. Quae

[1]) Forma simplex sescenties.

cum nihil ad rem nostram pertineant, omittemus. Commoditatis causa autem in disputando de his numeris eundem atque supra, quoad fieri potest, ordinem servabimus.

Duodecim.

Cuius numeri dispertitivum Vergilius tantum et Ovidius pro cardinali usurpant. Quod autem, quamvis uterque poeta opportune commodeque collocare in adhibendo posset formam pluralis neutrius, tamen bis reperitur, sequi videtur, ut dactylicis altera forma *bis sex* vel *bis seni* multo visa sit aptior.

Septem

Gratissimi debemus esse Vergilio, qui usus utraque voce *septem* et *septena* in uno versu Aen. V, 85 ipse nos doceat ne minimum quidem interesse inter significationem ac vim vocum duarum. Nam cui sano in mentem veniet fingere hic discrimen? Hoc autem concesso dicimus distributivum poni pro cardinali a poeta, ut variet in oratione, nulla alia causa. Idem ipsum discimus ex Aen. X, 329. Ad locum IV, 22, 16 Propertii, qui bis illud ponit dispertitivum pro cardinali, Rothstein[1]) recte dicit: „Septenas hat die Bedeutung des einfachen Zahlwortes." Et de altero exemplo idem sentit, vide ad II, 1, 22 infra p. 30. — Ac si legeris Ovidi amor. III, 6, 39 et contuleris cum Properti IV, 22, 16, intelleges Zingerleium recte dicere Ovidium pendere saepe a Propertio.[2]) [3]) Molossus *septenis* et antibaccheus *septena* et ipsi inveniuntur apud Ovidium.

Is etiam solus mutat

Novem

in *novena*.

Duo.

Hoc numero saepius nullus alius mutatur per distributivum.

[1]) vol. II, p. 150.

[2]) Zingerle, Ovidius und sein Verhältnis zn den Vorgängern und gleichzeitigen römischen Dichtern, I, p. 130.

[3]) Contuli hic nonnullos locos, quibus Ovidius idem vel simillimum dicit, quo loco citato magis intellegamus, quam sit stupenda eius ars idem variis modis enuntiandi heroid. XIV, 107: *per septem portus*
met. I, 422: *septemfluus Nilus*
„ II, 255: *ostia septem*
„ V, 187: *septemplice Nilo*
„ V, 324: *septem ostia*
„ IX, 774: *septem in cornua*
„ XV, 753: *septemflua flumina Nili.*

In Lucretii carminibus legitur forma singularis V, 879, ubi poeta *bino* adhibet variandi causa, ne repetatur *duplici*.

Duobus locis Propertius utitur distributivo huius numeri pro cardinali. Ad alterum locum, II, 1, 22 recte dicit Rothstein:[1]) „*Bina* ohne jede distributive Bedeutung.“ Ad locum V, 8, 80 scribit:[2]) „*Bina* kann hier ebensowohl in der ursprünglichen distributiven Bedeutung verstanden werden wie als ein einfaches Zahlwort.“ Mihi quidem dubium non est, quin in hoc pentametro stet distributivum pro cardinali, illo enim significaretur: *Lygdamus trahat in utroque pede par vinculorum.* Quod dicere Propertium noluisse perspicuum est. — Crebrior est iam usus in Vergili carminibus. In versu georg. I, 172 vocula *binae* elisione redditur monosyllaba, id quod antea — in usu distributivi — nondum evenit. Et in Aeneide I, 313 legitur forma trochaica *bina,* ad quem versum Servius scribit:

„*‘Bina’: si ad utrumque referas, bene dixit ‘bina’, si ad Aeneam tantum, antiquus mos est, ut supra diximus, bina pro duobus poni, sicut et duplices.*“

Fuisse igitur videntur ante Servium, qui interpretarentur et Aeneam gessisse hastile et Achatem. Nec tamen recte: ponitur distributivum pro cardinali. — Idem Servius dicit de Aen. VIII, 168:

„*Frenaque bina poetice, nam duo debuit dicere: bina enim secundum Ciceronem non dicuntur nisi de his, quae sunt numeri tantum pluralis, nam Cicero per epistolam culpat filium, dicens male eum dixisse „direxi litteras duas“, cum „litterae“, quotiens „epistolam“ significent, numeri tantum pluralis sint, contra „epistolas binas“ non dicimus, sed „duas“.*“

Octies igitur utitur Vergilius distributivo pro cardinali nulla immutata verborum vi ac significatione adhibens saepius formam trochaicam quam spondaicam. — Plurima autem huius numeri circumlocutionis exempla affert Ovidius. Et substantiva perlustrantes, quibuscum numeralia coniunguntur, facere non poterimus, quin miremur inter exempla viginti et unum non plura duobus inveniri substantiva, quae non sint generis neutrius. Atque etiam hoc memoria dignum est, quod nullus alius casus legitur nisi nominativus et accusativus. Cuius rei causa facile exponi potest. Scimus Ovidium, ut procedebat annis, ita progressum esse in arte metrica. Vitat enim, quam maxime potest, formas spondiacas et studet exhibere dactylicos rhythmos. Quod ei contigisse videmus. Sed cognoscimus praeterea nonnulla repeti substantiva, velut

[1]) vol. I, p. 149.
[2]) II, p. 287 et 288.

tropaea quater, bis *corpora;* etiam *aequora* et *freta* eis locis significant idem. Altera est ergo causa mutandi stilus sermonis.

Tres

mutant dactylici ex Tibulli aetate duplici ratione dicentes *terni* et *trini*. Quod quidem ad metrum nihil refert, cum utrumque vocabulum eundem praebeat rhythmum. — Bis legitur in panegyrico Messallae *terna* ad ornandam orationem. Eadem vocula redit in Properti hexametro V, 10, 26. — Ut autem iam Lucretius in usum vocat singularem dispertitivi pro *corporibus duobus* dicens *corpore bino*, ita scribit Vergilius in Aeneidos V, 120 *terno ordine,* cuius vis est *tribus ordinibus* praecedente v. 119: *triplici . . . versu*. Nec saepius mutat Horatius formam *tria,* qui coniungit *terna* cum substantivo *milia*, quantum equidem scio, primus. Qui loquendi usus in orationem prosam abiit. — Ovidium quoque illud numerale saepe circumire non miramur. Satis crebro — decies — apud eum legitur et in hexametro et in pentametro. Formae trochaicae praevalent, ut omnino huius numeri usus est simillimus usui dispertitivi *bini*. Priusquam accedimus ad numerum

Quattuor,

meminerimus id verbum, ut dactylum perfectum, saepissime inveniri in dactylicorum carminibus. At forma *quaterni* parum est commoda hexametro. Ac profecto nemo utitur ea forma nisi Germanicus, in cuius Arati Phaenomenis 27 legitur *quaternae* in hexametri fine. Pro

Octo et

Decem

semel ab Ovidio collocantur distributiva singula.

Quinque

mutat Vergilius, sed in eodem versu habet idem formam simplicis numeralis et mutati, quo magis variet in verbis, cf. p. 29. — Rhythmus reperitur spondiacus in Grattii cynegetic. 147. — Qui eodem rhythmo mutat

Sex,

ut Ovidius huius numeri specie utitur trochaica.

Centum.

Ut omnes numeri, quorum formae primitivae a metro non omnino abhorrent, hic quoque non legitur nisi in carminibus eorum poetarum, qui fuerunt ultimis reipublicae temporibus et Augustea

aetate. Propertius habet circumlocutionem uno loco, cui est similis Verg. Aen. X, 207, quia utrobique numerus pertinet ad instrumentum navis. Notabilior est autem Aeneidos versus, in quo etiam, ut iam bis in aliis versibus, stat numerus singularis pro plurali, *centena arbore* pro *centum remis*. Videtur autem poni singularis eo, quod immutatum est *remus* in *arbore*. — Tertium docet nos Vergilius se nihil distinguere inter cardinale et distributivum in Aen. X, 565/566, ubi *centum* et *centenas* eodem sensu abhibentur.

Omnibus his rebus perpensis metrum causam solam et praecipuam horum artificiorum fuisse negabimus. Cuius incommoditates non erant eae, quas poetae non superarent. Ultro utebantur distributivis. Hoc faciunt poeta partim variandi causa, ut Vergilium aliquot locis eodem versu cardinalem et distributivum numerum videmus coniunxisse, partim ut omnino sermonem epicum a prosa distinguerent altioremque ei redderent sonum.

2. De ordinalibus.

Ordinalibus usuri poetae non tantas incidebant in difficultates quantas cardinalibus. Illarum enim formae singulae, quia flecti potest ordinale pariter ac distributivum, immutationi syllabae ultimae sunt subiectae; tamen etiam ordinalia circumscripserunt, multo quidem rarius quam cardinalia, quia omnino ordinalia rarius in carminibus ponenda erant. — Primus poeta Vergilius quidem circumit ordinale, siquidem circuitus potest appellari usus ille loquendi, qui non multum distat a forma simplici. Similiter huic voci *septuma post decumam* dicunt Graeci: τῇ πέμπτῃ καὶ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, licet hic usus ἐπὶ, πρός etiam in cardinalibus legatur nec poetici sermonis proprium sit. Post Vergilium solus Ovidius hoc genere dicendi utitur; vitat *decimus quintus* in ibidis v. 293, in epist. ex Ponto etiam verbum *sexta* dicendo *bis tertia*. Vocula *decimum,* cuius formam simplicem et alii poetae et Ovidius ipse alibi octies in usum vocat, mutatur in eius carminibus bis; velut in fast. III, 93 posuit *bis quintum,* quo magis distet a voce in eodem versu stante *quintum*. — In eodem autem eiusdem carminis libro v. 124 iam Madvig, adversaria critica II, 106 facili emendatione pro *bis quino* correxit *bis quinto,* quem et nos sequi debemus, quod vidimus *bis quino mense* significare *decem mensibus* et non, ut sensus loci postulat, *decimo mense*. — Pro *tertia nocte* dicitur *nocte minus quarta* et *luce minus decima* pro *nona luce*. — Notabilis est vero versus fast. VI, 768. Nam ut vocabula inter se artissime cohaerentia seiungi totiens iam vidimus et licentiam magnam in collocandis vocabulis lingua Latina contineri scimus, ita non semper probare possumus eum poetam, qui, ut assequatur

splendorem quendam ac speciem, identidem totius linguae quasi structuram et contextum relaxet.

Raro ergo mutatur ordinale, atque tum demum, cum ratio cardinalis mutandi dudum adulta est.

B. De numeralibus a poetis non dactylicis mutatis.

Poetas non dactylicos partimur optime in duas turbas, quarum in alteram comprehenduntur scaenici prisci omnesque, qui utuntur metro liberiore, altera continentur poetae neoterici.

Hi alteri multo plus incommoditatum in mutandis numeralibus habebant, quorum metro — similiter atque in epicorum dactylis — et ipso rhythmi quidam respuebantur. Addidimus autem, quamquam fuit aetate multo posteriore, Senecam tragoedum. Cuius rei causa est, quod priorum temporum tam pauci exstant versus graecissantes, ut ex eis circumlocutionis usum non satis cognoscamus.

I. Poetae scaenici priores et alii:

Duodecim.

Similitudinem quandam habent ei duo loci, quibus hic vitatur numerus, quia in utroque est sermo de orbe signifero. Sed forma mutandi non est eadem. Adhibet enim Accius orationem insolitam *binis* (*bigis* trad.) *sex* et quae conferri potest cum versu 1050 in Plauti Bacch., ubi legitur *binos ducentos* pro *quadringentos*. Accius enim et ipse utitur ea voce, quae constat ex cardinali et dispertitivo, cum expectemus illud coniungi cum multiplicativo *bis*. Praetera divelluntur duae partes interiecta vocula *continuis*. Notabilissimum est autem hoc exemplum ideo, quod ne in anapaesto quidem, ubi poterat, vocabulum *duodecim* inferre voluit Accius.

Viginti.

Plautus hunc numerum ex his poetis solus circumloquitur. Qua in re animadvertendum est in eodem versu *viginti* stare et *quater quinis,* coniuncta vocula *vel*. Cur ergo loquitur ita Plautus? Iocularia fundit. Mens quidem Calidori perturbata est; quod videt Ballio. Et fingit iam in hac mentis perturbatione eum paululum insanire neque, quid sit numerus *viginti,* intellegere; ideo dicit *quater quinis* pro *viginti*. Et quindecim, *ter quinas,* minas iam habet. — Mutatum autem etiam invenimus ab eodem scriptore numerum

Quadringenti.

Hoc exemplum dignum est, quod paucis verbis explicemus. Loquitur in illo versu Bacch. 1050 Nicobulus de Philippis, quos daturus est Chrysalo, et quos militi iam dudum promisit, et istos, quos filius flagitat. Numerus est quadringentorum. Hunc ergo

mutat Plautus ideo dicens: *binos ducentos*, quo magis appareat illos Philippos divisos esse in duas partes. Ergo poeta pro *quadringentos* recte posuit *binos ducentos*.

Novem.

Versus Pseud. 704 ipso aspectu etiamsi videtur obscurior, tamen optime explicatur verbis praecedentibus et sequentibus. Pseudolus enim v. 702 dicit: *magnufice hominem compellabo.* Id autem ei contigisse ex eo intellegimus, quod Charinus, postquam ille verba grandia sua fecit, dicit: *Ut paratragoedat carnufex* (707). Quod significat: Pseudolum optime imitatum esse orationem sublimem, qua utuntur in fabulis tragici poetae, velut Ennius, quem fortasse non solum in annalibus, sed etiam in fabulis praeter alia loquendi artificia numeros mutavisse ex illis verbis credere nobis licet. Atque in carm. epigr. 85, 1 inprimis notandum, quod versifex structuram periodi metricam ob alium numerum primitus constitutam plane destruxit suum prosario numerum *decem et octo* ingerendo. — Rem autem ipsam respexisse videtur Decimus Laberius, cum circumscriberet numerum *sexaginta*. Nam dividens eum in duas partes vult tragicus dicere se egisse sine nota duas aetates = bis tricenos annos, cum unaquaeque sit aetas tricenorum annorum.

Saepius quam dividendis numeris circumeuntur numeralia quaedam per

d istributiva

sua. Ter stat

Bini

pro *duobus* in Plauti comoediis, mil. glor. 212, ubi assentior Brixio, qui in tertia huius comoediae editione[1]) haec scribit: „*bini,* es ist kaum an Fesseln für beide Hände und Füsse zu denken, vielmehr ist der Ausdruck aus dem Gefängnisjargon entlehnt: die bekannten zwei Fesseln, die jeden im Kerker feindselig bewachen". —

Etiam de Epidici versu 211 pauca dicenda sunt. Distributivo vult significare Plautus eos duo tresve captivos, qui una ducantur, pertinere ad singulos victores, ut illae distributivi formae indicent velut eiusdem generis personas, contra vocula *quinque* iuxta posita nihil aliud significari promiscue nisi captivorum numerum. Hic est etiam solus locus, ubi *tres* mutatur a poetis huius turbae in

Ternos.

Nulla re est memorabile illud Terenti exemplum. Alter versuum, qui sumpti sunt ex comicorum fragmentis, habet eodem sensu cardinale *quinque* iuxta distributivum *binas*, si modo recte

[1]) rec. Niemeyer, Leipzig 1901, p. 50.

ita coniectum, et in altero versu numerus est coniectura editoris. — Semel quoque in omnibus carminibus et dactylicorum et non dactylicorum *singulum* reperitur pro *unum* coniunctum cum substantivo. Illa vox Plautina est: *singulum vestigium.*

Totis vero enuntiatis circumiens numerum Plautus se iocari ostendit. Tractandus est paucis verbis versus Stichi 706, qui evadit etiam notabilior, quod in sequenti versu adduntur verba Graeca, quae secutus est Plautus monens, ut bibantur tot cyathi, quot digiti sint in manu:

707: *cantio Graecast: ἢ πέντ' ἢ τρία πῖν· ἢ μὴ τέτταρα.* Voculam ergo Graecam vertens enuntiato Latino demonstrat poeta Romanus in vitandis numeris sibi nihil opus esse exemplo Graeco. —

Satis magna est autem multitudo illorum numerorum, qui vitantur in carminibus neotericis, quorum exstant reliquiae. Respiciendi sunt hic Horatius (carmina), Seneca. Qui mutavit numerum

Duodecim,

cuius forma simplex nusquam carminum legitur a nobis. Bis autem redit in eius tragoediis vocabulum *bis sena* coniunctum cum substantivis *signa* et *sidera,* quorum verborum vis est similis, semel in versu iambico et in Asclepiadeo. Et bis numeralia et substantiva voce divelluntur bisyllaba quo magis eluceant numeri praecedentes. Utque hac in re plane insistit in epicorum vestigiis, ita rem rarissimam, paene novam instituit in mutando eo ipso cardinali dicens *bis seno labore* pro *bis sex laboribus.* Verum quidem est singularem distributivi legi iam in Plauto, Lucretio, Vergilio. Sed res non est eadem, cum non dirimatur in duas partes multiplicantes numerus. Sed Seneca etiam *duodecim* partitur, praeterquam quod usurpatur singularis distributivi. Idque notabilius est, quod facile et in illis locis potuit exhibere *bis sex.* Nova est quoque ratio, qua vitatur

Quattuordecim

in carminibus Latinis epigraphicis et in Senecae tragoediis. Cum enim omnes dactylici — metri causa — mutent illum numerum in *bis septem*, poeta lapidarius, qui artem novam iam doctus erat, dicit *bis septeni.* Etiam Seneca circumit eum numerum bis eadem, qua poeta lapidarius, ratione, sed intericiens inter binas partes, quae bis in pedem tertium, quartum, quintum disponuntur, particulam *que.* Neque obliviscendum est in altero utro versu sermonem esse de Nioba eiusque liberis quattuordecim, ut non mirum videatur, si de eadem re cum loquitur, poeta eisdem utitur verbis.

Semel in omnibus, quae perlegi, carminibus, legi mutari numerum *centum et decem*, Horat. carm. saec. 21. Cuius formam simplicem omnino in versum sapphicum non convenire haud recte dixeris. Et

quamquam Horatium in sermonibus quidem et epistulis circumlocutionum nequaquam fuisse appetentem scimus, in hoc carmine sollemni, cui diligentissime limando multum temporis et operae impertivit, illum numerum mutans prospexit elegantiae dicendi. — In carmine nono epodon Horatius mutat numerum *duo milia* eadem ratione, qua est usus Lucretius.

Cetera Horatiana exempla, ubi circumscribit poeta numeros *novem* vel *sex*, post ea, quae supra disputavi, exploratione non egent.

Seneca ut in mutandis numeralibus *duodecim et quattuordecim* secutus est necessitatem metricam, ita sua sponte pro *decem* dicit *bis quinis* et *quinis bis*. In priore exemplo (Troad. 1057/58) nihil est notabile nisi substantivum, quod numerali additum est, toto versu seiungi ab hoc, in posteriore—trochaico—versu invertitur collocatio variandi et novandi stili causa. — Novum autem est usus ordinalis *decima* pro cardinali *decem*, ut legitur in Senecae Agam. 42; nam quod interpolata recensio habet *dena*, interpolatio est.

Formas distributivi, inprimis quae sunt vel nominativi vel accusativi pluralis neutrius, infitiandum non est aptissimas esse metro iambico. Sed eadem substantiva coniunguntur modo distributivo, modo cardinali, velut legimus in Hercul. 336 *bina freta* et in Phaedrae versu 1024 *duobus fretis*.

Duo

In componendo versu 38 Herculis Senecae, qui dicit *binos . . . Aethiopas,* obversatus esse videtur versus ille Homeri Odysseae I, 23:

. . . . . *Αἰθίοπας, τοὶ δίχθὰ δεδαίαται.*

Notabile autem mihi videtur in circumeundo eo numero numquam coniungi et iuxta apponi numerum et substantivum, sed semper dirimi uno verbo aut pluribus. Sed multo notabilius duco videri in Senecae tragoediis vestigia sive Properti sive inprimis Ovidii, quibus adducimur, ut credamus Senecam praecipue Nasonem non modo esse admiratum, sed etiam imitatum. Conferre libeat

Ovid. heroid. IV, 105:
aequora bina suis obpugnant fluctibus Isthmon,
Sen. Herc. 336:
et bina findens Isthmos exilis freta;
porro
Ovid. ars II, 72: *corpora bina*
Sen. Oedip. 360: *capita bina.*

Pluribus etiam exemplis id quod intentamus, confirmare possumus afferendo eos locos, ubi mutatur

Tres,

cuius numeri simplex forma non iam saepius usurpatur quam *tre*,

si Octaviam addimus; contra mutatur quater in formam trochaicam *terna*. Omnium autem horum exemplorum id est commune, quod numerus et substantivum singulis verbis, quorum binae syllabae sunt longae, separantur. Mirum quidem mihi non videtur in Hercule ter reverti eandem vocem, quippe cum semper dicatur de Cerbero. Sed intellegimus ex verbis repetitis iam Senecae legem fieri, ut neglecta variatione eiusmodi eidem vel simili substantivo addatur dispertitivum. Qua in re eum pendere ab Ovidio discimus his exemplis:

Ovid. met. X, 22: *terna . . . guttura monstri*
Sen. Herc. 62: *terna monstri colla*
Ovid. heroid. 9, 38: . . . *et terna per ora*
Sen. Herc. 784: *per ora missus terna.*

Item exemplaria Ovidi et Properti poeta noster imitatus est numerum *septem* mutans; ad hoc confer:

Prop. IV, 22, 16: *septenas . . . . unda vias* (Nili!)
Ovid. am III, 6, 39: . . . *septena per ostia Nilus*
Sen. Troad. 9: *septena Tanain ora pandentem.*

Neque vero legimus apud Senecam numerum *novem* nisi mutatum. Quo loco Medea maga loquitur.

Centum.

Forma legitur simplex septies in Senecae tragoediis. Redit bis eadem vox *centena colla,* cui substantivo etiam *terna* addi supra (Herc. 62) vidimus. Atque ut substantivum *populis* coniungitur cum distributivo, ita etiam cum cardinali, significans illis locis *innumerabilis,* velut Phaedr. 499: *centum populi.*

Hercul. 230: *centum populis*
Hercul Oet. 27: *populis centum*
1876: *centum populi.*

Substantivum et numerale semper dirimi interpositis vocabulis iterum ostendere inutile est.

Ordinalia

mutari in carminibus poetarum non dactylicorum nusquam legi.

Appendix.

Finem faciamus de eis exemplis disputantes, quibus demonstratur numeros vitari a poetis dactylicis totis enuntiatis. — Prius incipiunt dactylici mutare numeros incertos, velut Propertius scribens I, 12, 3/4:

Tam multa illa meo divisast milia lecto,
Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano,
III, 4, 1/2: *Non tot Achaemeniis armantur Susa sagittis,*
Spicula quot nostro pectore fixit amor.

Quicumque autem vult reperire plura eiusmodi exempla, legat inprimis Ovidi ibidem. — Is etiam solus omnium dactylicorum, de quibus agitur, mutat numeros certos enuntiata adhibens comparativa, ut dicit in artis amatoriae libro III, 363/364. Vitat hoc loco poeta *duodecim,* ut etiam in fast. V, 695/696, et *decem* in trist. V, 10, 3/4, ubi vult dicere Ovidius: quot et quantos labores quantasque aerumnas Graeci Troiam oppugnantes decem annis passi sunt, tot et tantos ego tuli tribus annis.

Tres

vitatur in fast. VI, 795; frustra, ut editor Merkel (praef. vol. III, p. XXXVI et XXXVII) temptavi fast. II, 567/568.

Omnibus igitur artibus et remediis in circumeundis numeris iam usus erat Ovidius, ut redderet stilum proprium. Sed in his omnibus non acquiescens coepit etiam vitare numeros non iam per numeralia, sed per enuntiata. Semel tantum re ipsa ductus est, trist. V, 10, 3/4, ubi, quid voluerit, facile apparet.

Ovidius non solum circumit numeros, sed habet numeros cum alio numerali coniunctos. Qua ratione non solum circumitur numerus, sed immutatur quodam modo totum enuntiatum. Ad eiusmodi exemplum, ut est in met. III, 351/352, praefandum est *quindecim* circuiri ratione vere Ovidiana, cum duae seiungantur partes et collocetur *ter* ita, ut sit altera dactyli syllaba brevis. Proprie vitatur numerus *sedecim,* qui in hexametro non reperitur, *uno* ad quindecim addito. Sed hac ratione totum immutatur enuntiatum. Idem valet de aliis exemplis. Vitantur autem numeri:

duodecim, tredecim, viginti, quinquaginta, nonaginta. —

Addimus hoc loco paucos numeros, quibus significantur magnae pecuniae. Qua in re poetarum oratio vulgo non est diversa ab oratione prosa, nisi quod semel Lucilius accusativum pluralis exhibet *sescentum* pro *sescenta* et Horatius numerum *deciens,* cui addendum esset *centena milia,* ita tractat, quasi omnino sit substantivum, cui adiungit adiectivum *solidum.*

De numeralium collocatione.

I. De collocatione cardinalium in hexametro.

Apud dactylicos.

Ut iam supra hoc et illud diximus de cardinalium positione, ita hoc loco complectemur paucis, quaecumque notavimus.

Pauci sunt ei numeri, qui dividendis partibus mutati continentur uno pede; hi sunt *bis sex* et *quinque ter.* Et illud semel metri causa invertitur (Ovid. ib. 391). Praeter locum Ennii (ann. 323) omnes stant eae formae in pede hexametri primo, nec tamen distinguuntur hac collocatione. Qua ex re satis apparet dactylicos haud ita praeferre rhythmum descendentem, velut *bĭs sĕx,* cum

praeterea tali initio impediatur, quominus hexameter incohetur versu dactylico, id quod optimi poetae appetiisse videntur. Poetas autem Romanos in primo hexametri pede dactylum maxime praeferentes verbi finem vitasse post eum spondeum, qui versum incoharet, multo magis quam post dactylum incohantem nos non fugit. Ideo non miramur, si eam formarum spondiacarum collocationem haud crebro invenimus, qua utuntur soli Vergilius, qui habet decem exempla, et Ovidius, in cuius carminibus bis legitur; in fast. VI, 257 incohat versum voce: *dĕnă quăter,* ut dactylus evadat. Nec semel finitur verbum post primum pedem, ut numquam usurpetur *bis sex,* sed *bis senos.* Duo sunt loci, ubi syllaba stat in primo pede ante numerum (Horat. epist. II, 1, 24. Ovid. met. XI, 96), unde exoritur et versus spondiaci et verbi finis.

Plerique numeri — non mirum ita esse — in mediis versibus aut in secundo et tertio aut in tertio et quarto pede stant. Duodevicies legi stare numerum dispertitum in secundum pedem et tertium. Caesuram autem esse alicuius momenti apparet. Eas quidem caesuras, quae dicuntur minores, non respicientes observabimus inprimis semiquinariam. Eorum numerorum, qui stant in secundo et tertio pede, plerisque est locus ante ipsam penthemimerem, sine ulla vero exceptione eis, qui aut natura speciem molossi praebent, velut *bis senos,* aut porrecta syllaba ultima ante consonantem sequentis verbi, velut *ter centum.* Alii ponuntur post trithemimerem.

Omnibus vero eis numeralibus, quae disponuntur aequabiliter in pedem tertium et quartum, est locus post ipsam caesuram semiquinariam, sive praebent rhythmum spondiacum sive dactyli ipsius sive molossi sive antibacchei.

In quarto pede quintoque habent locum quater numeralia *bis quinque* et *bis mille.*

Sunt autem numeri quidam, qui, cum constent vel pluribus syllabis longis vel voculis duabus aut tribus, vel cum collocatio sit singularis, divelluntur in tres pedes. Plerumque fit, ut stent in tribus primis pedibus et ante caesuram semiquinariam, semel (Ovid. fast. V, 623) in secundo, tertio, quarto, penthemimeri divisi, vel, ut forsan dicamus, ante caesuram semiseptenariam, semel (Lucil. III, 107) in tertio, quarto, quinto pede. —

Pauca nunc loquemur de eis numeris, quorum partes divelluntur vel una syllaba aut vocula vel pluribus. Hoc est autem proprium seiungere Ovidi; nam praeter eum nemo adhibet hunc usum nisi Lucretius (V, 1300) et auctor moreti (18). Metri quidem causa illud fieri apparet. Ovidius septies seiungit numerorum partes, quinquies in transformationibus, semel et in ibide et in tristibus, ter intericiens voculam monosyllabam *que, ad,* bis bissyllabam

ante, adhuc, bis vero tres syllabas *puerum, iam mihi.* Ea autem in re Ovidium non temere et licentia ductum progredi ex eo cognoscimus, quod eos solos mutat numeros, qui non minus quam tres syllabas — in eis duas longas — habent et loco parum aequo versuum stant. Notabile mihi videtur in omnibus, quae perlegi, carminibus praeter Enni ann. 323 ne unum quidem inveniri locum, ubi stat numerus in pede sexto. Causa gravissima esse mihi videtur ea, quod ille locus parum favebat numerorum accentui, quem raro descendentem amant poetae, cum pentameter saepius finiatur numerali rhythmi ascendentis.

II. De collocatione cardinalium in pentametro.

Pentametrum poetae et Graeci et Latini severioribus ex normis conformaverunt. Inprimis poetae Latini optimi praetulerunt in pede primo dactylum, in secundo spondeum et comma posterius solum ex dactylis constat. Haec non sunt neglegenda nobis nunc de collocatione loquentibus. Raro fit, ut numeri mutati ambae partes reperiantur uno in pede. Nemo alius poeta coniunctas ponit voculas praeter Ovidium, apud quem quattuor loci tales leguntur, quorum duo stant in primo versus pede, duo in commatis posterioris initio, omnes praeter unum spondiacum rhythmi dactylici.

Eorum autem numeralium, quae continentur duobus pedibus, modos spondei vel molossi collocat Ovidius nunquam non in priore commate, quibus locus non est in posteriore. Atque bis quidem iis formis incohatur pentameter, quater finitur prius hemistichium. Semel voce *quinque decemque* (Ovid. fast. III, 458), ut est dactylica, incohatur posterius hemistichium. Eis autem duobus numeris, quorum partes dispertiuntur in pedes tres, completur coniunctis cum duabus aliis voculis, *perque, lisque* totum prius pentametri hemistichium. Et cum elegiarum scriptores Romani etiam id contenderent, ut esset in utraque pentametri parte concinnitas quaedam, Ovidius quoque in exhibendis numeralibus versum ita struxit, ut altera pars *novies* numeri *nonaginta* staret in fine prioris, altera *decem* in posterioris.

III. De collocatione distributivorum.

In hexametro.

Eorum numerorum formas satis multas legimus, quae pede continentur uno, sed paucissimis exceptis tales, quae praebent rhythmum trochaicum. Nec illis respuitur ullus pes nisi tertius, quem reformidant omnino, vel in pede sexto stat semel in Lucretii versibus, V, 879.

Plerique autem numeri leguntur in primo pede et in quinto. Quae numeralia dispertiuntur in duos pedes, ea praebent plerumque

rhythmum aut molossi aut spondei aut bacchei, antibacchei, tribrachys. Paucissima (tria) continentur pede secundo et tertio ante caesuram semiquinariam, plurima tertio pede et quarto post penthemimerem. Quod autem collocantur loco tam praestanti, vim ea habere quandam dicas poetam velle, cum post eam caesuram poetae saepissime continuent orationem voce spondiaca bisyllaba. Cum ter dividantur in quartum et quintum pedem, unus poeta semel numerum collocavit in fine hexametri, Germanicus in Arat. v. 27 *quaternae.*

In pentametro.

Aliquanto rarius existunt dispertitiva pro cardinalibus in pentametro. Atque modi trochaici quidem, velut *bina, terna,* ut natura fert, non stant nisi in hemistichio posteriore praeter Ovid. fast. I, 96, II, 644, VI, 94. Locus est autem eis plerumque in initio aut in secundo prioris partis dactylo. Ubi autem distributivum praebet rhythmum molossi (Prop. IV, 22, 16) aut spondei (Ovid. fast. I, 142), habet locum in fine hemistichii prioris.

IV. De collocatione ordinalium.

Vergilius primus tali circumlocutione usus voces dispertivit in tres pedes primos dicens: *septuma post decumam.* Post eum Ovidius saepius hunc exhibet usum, et in hexametro et in pentametro. Bis legimus ordinale mutatum collocari in tertio et quarto pede (Ovid. ex Pont. IV, 10, 1; fast. III, 93) adhibita semel elisione. Ovidium in ibidis v. 293 duas partes *ter quintus* dirimere metri causa non miramur. Ac vero sex syllabis divellit numeros cohaerentes in fast. VI, 768, in pentametro: *quartus ab extremo mense bis,* forsitan, ut exoriatur concinnitas quaedam membrorum. In altero pentametro fast. III, 124 clauditur voce *bis quinto* prius hemistichium.

Conclusio.

Versum dactylicum catalectum sex arsibus constantem totidemque thesibus Romanorum poeticae Latinaeque linguae inferens Ennius praeter alias incommoditates numerum quoque invenit hexametro omnino incommodum: *duodecim.* Quem evitavit duplici ratione, quae mansit paululum mutata eadem semper apud omnes poetas posteriores. Atque statuendum est eum hac in re plane novam rem invenisse, cum in versibus Graecorum talia artificia non sint lecta. Et Lucilius effugit numeralia quaedam difficilia dissolvens in partes multiplicantes. Plura quam ille circumiit Lucretius, in iis quaedam, quae a versu dactylico omnino non abhorrent ac distributivis ille primus utitur sensu non proprio. Illi omnes, quos nominavi, poetae dactylici nihil aliud studere videntur circumeuntes

nisi aut verbum incommodum omnino reddere aptum hexametro aut etiam vocem minus idoneam accommodare, nondum nimis prospicientes elegantiae levitatique versuum. — Sed iam incipit alia aetas. Nam inde a neotericis leguntur in carminibus eae formulae, quibus continentur cardinalia mutata et per divisionem numerorum ipsorum et per distributiva, quae non iam immutantur, ita, ut facere non possimus, quin, unde illud fiat, miremur. Sed verisimile est neotericos, qui tanto studio et versus in sinceriorem formam redegerunt et genus dicendi excoluerunt, etiam haec in numeris artificia cum consilio et repetiisse et multiplicasse.

Etiam elegea in linguam Latinam infertur: Catullo nihil novi praebente Propertius mutat cardinalia, saepius in hexametro. Huic similis est Tibullus, mutans numeros dividendo. Ipse quidem, ut est eius oratio simplex et incompta, a circuitu verborum abhorrens, cum difficiles solos vitet, satis habet semel pro cardinali ponere dispertitivum. Vergilius autem illis multo magis utitur circumlocutione numerorum, modo ut maius sonent versus, modo ut ornetur oratio.

Illi dissimilis Horatius non saepe mutat numeros in carminibus dactylicis.

Nullo autem modo cum eis omnibus comparandus est Ovidius; nam is non solum ea omnia artificia adhibet, quae poetae priores exercuerunt, sed multa addit nova, de quibus supra disputavimus. Ea omnia ab Ovidio perfecta sunt et exculta. Non saepe premitur metro Ovidius, ut cogatur vitare numeros; ipse ultro mutat et eo progreditur, ut usurpet artes tales, quales ante eum exercuit dactylicorum nemo. Ut enim adhuc numeros vitat partibus vel multiplicandis vel addendis, ita notat enuntiatis saepius comparativis. Qua arte Ovidius etsi forsitan effecerit, ut numerus altius in oculis lectoris animoque haereat, tamen ipse unum id assequi vult, ut splendeat oratio ornatu et elegantia proculque distet ab aliorum sermone. His omnibus artificiis vult poeta evadere novas formas, nova enuntiata singularia et insignia. Quibus de causis non dubitamus dicere Ovidium et in mutandis numeris linguae Latinae fuisse emolumento summo. — Poetae non dactylici quin primum quidem et ipsi metrica necessitate coacti sint numeros mutare, non est dubium. Nam ne in iambicum quidem metrum omnes voces quadrant. — Plauti quidem et Terenti ratio est habenda haud nimis, cum prisci poetae scaenici Latini summam sibi licentiam sumpserint in versibus faciendis et struendis nec leges Graecas retinuerint. Quodsi Plautus numerum circumloquitur vel dissolvens in partes vel totis enuntiatis, aut facessit iocos aut alia subest causa. — Seneca denique, ultimus eorum, de quibus disputavimus, poetarum formas ab antiquioribus poetis usurpatas aut excolit et immutat, quantum potest, aut, si id fieri nequit, praeclara sequitur exemplaria.

Vita.

Natus sum Franciscus Seibel, Weilheimii in Bavaria superiore Calendis Octobribus anni MDCCCLXXVI. Litterarum elementis instructus sum in schola Latina Schyrensi et in gymnasio Frisingensi. Ibi maturitatis testimonium adeptus anno MDCCCXCVI per quattuor annos in universitate Monacensi studiis philologis operam dedi. Examinibus superatis didici discipulos docere Monachii in gymnasio, quod appellatur ex rege Maximiliano. Ex anno MDCDI magister fui in gymnasio Rosenheimensi per quinque annos, deinde unum annum in schola reali Culmbacensi, nunc autem ex septembri anni MDCDVII Frisingae in gymnasio doceo discipulos.

Dico autem gratias semperque habebo maximas Friderico Vollmer, qui et ad hanc dissertationem conscribendam me invitaverit et opera consilioque amabilissime adiuverit.

Inserendum p. 10, ante Varronem:

Accius[1]) 678/680:

pervade polum splendida mundi
Sidera binis (bigis trad.*) continuis sex.*

[1]) in trag. R. fragm.[3] p. 259.

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
1010658785

0658736

JAN 13 1920